

39.
57.

Jam moesta quiesce querela lacrymas suspendite matres 1
Quidnam sibi saxa cavata? Quid pulchra volunt monumenta? 2
Nam quod requiescere corpus, Vacuum sine mente videmus 3
Veniunt cito secula cum jam Socius calor ossa revisat, 4
Quae pigra cadavera pridem Tumulis putrefacta jacebant 5
Sic semina sicca virescunt jam mortua, jamque sepulta, 6
Nunc suscipe terra fovendum, Gremioque hunc concipe molli 7
Animae fuit haec corpus, olim Factoris ab ore creatae 8
Tu depositum tege corpus Non immemor ille requiret 9
Veniant modo tempora cum jam, Cum spem Deus impleat omnem 10.